1501. Ex Ms. Arch. Stan Aug Regni.

581.

Fridericus Cardinalis Petro Titulo S. Ciriaci in Thermis Persbytero Cardinali Sedis Apostolice Legato

112

Reverdissime in Xsto Pater et Dne amice ac Frater dilecte, et honorande. Desiderabamus plurimum, et ad hoc omni studio intenti fuimus, ut in hac Electione eligeretur in Regem nostrum ut prius scripsimus iis, qui Reipublicæ Christiane esset commodissimus, sperabamusque eum futurum, quē uterque nostrum exoptabat Serenissimum Dominum Hungariæ Bohemiæque Regem, et fecimus quidem omnia, ut nostro, et vestræ Rmæ Dnis desiderio satis fieret, sed id nequaquam assequi potuimus, circa periculum magnæ discordiæ, ad dissensiones in Regno, propter partem majorem Consiliariorum hujus Regni, et fere totiq Nobilitatis communitatem exoptandam, ut per Electionem Illustrissimi Domini Magni Ducis Litvaniæ, Ducatus illius uniretur, et unum quodam modo Dominium ex utroque fieret, propter multos necessarios respectus, et maxime Regni hujus tam notabile augmentum atque ita factum est ecto.